

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Ferdinandi Imperatoris Confirmatio, Academiae Rostochiensis : [Datum in
Civitate nostra Vienna, die decima octava mensis Augusti Anno Domini
millesimo, quingentesimo, Sexagesimo Regnorum nostrorum, Romani tricesimo,
aliorum vero tricesimo quarto]**

[S.I.], [ca. 1620]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746333226>

Druck Freier  Zugang





Confirmatio academie Rostoch., a Ferdinando imperatore data. Rost.
1620. —

T. 555. 2.

A - 1260. 18, c.

FERDINANDI
IMPERATORIS
CONFIRMATIO,
ACADEMIAE RO-
STOCHIENSIS.



FERDINANDUS,

Divina favente clementia Electus
Romanorum Imperator semper Augu-
stus ac Germaniae, Hungarie, Bohemiae, Dal-
matiae, Croatiae, &c. Rex, Infans Hispania-
rum, Archi-Dux Austriae, Dux Burgun-
diae, Brabantiae, Styriae, Carintiae, Carniola
&c. Marchio Moraviae &c. Dux Lucembur-
giæ, ac superioris & inferioris Silesiae, Wirs-
tembergiae, & Teicæ. Princeps Sueviae, Comes Habesburgi, Tyrolis, Ja-
retis, Kiburgi & Garcea, Landgravius Alsatiae, Marchio Sacri Rom. Im-
perii, Burgoviae ac superioris & inferioris Lusatiae, Dominus Marchie, Sla-
voniae, portus Naonis & Salinarum &c. Notum facimus tenore pre-
sentium universis: Cum imprimis ad hanc sublimitatem divino auspicio pro-
vecti diligenter circumqvagz prospicere debeamus, ut scientie & bona ar-
tes ac studia liberalia felicibz processibz sumant augmentu, ex quibus divine
sapientia hausto fonte subdit in nostri & ad regendâ Rempub. & reliquis morta-
liu necessitatibz providendu reddantur aptiores: potissimum enim omniu scien-
tiarum tutela & patrocinium penes Romanu Imperii moderatores consistat,
qui etiam ipsarum Professores dignis præmis & honoribus atque privile-
giis afficientes Gymnasia undique in sacro Romano Imperio instituerunt
& erexerunt. Nos itaque divisorum predecessorum nostrorum Romano-
rum Imperatorum ac Regum laudatissima vestigia imitantes exhibita no-
bis per illustrissimum JOHANNEM ALBERTUM, Megalburgensem,
Principem & consangvineum nostrum charissimum petitione, qva dilectio
ejus

)

M. 12 60. 18.

ejus cum pro se ipso, tum etiam loco & nomine fratribus sui illustrissimi Ul-
darici, Ducis Meckelburgensis, Principis ac Consangvinei nostri charis-
mi orabat, ut ad præfatorum studiorum liberalium & bonarum artium
incrementum studium ipsorum generale, sive Universitatem aut Gymnasi-
um in civitate Rostock nominata superioribus annis institutum & erectum,
ac nuper non contemnendâ annuorum redditum summâ auctum & locu-
pletatum auctoritate nostrâ Cæsareâ confirmare dignaremur, non potui-
mus quidem pro nostrâ in præfatos Duces fratres gratia & benevolentia,
& dilectionum suarum eximiâ & sincera erga nos observantia integritate
& studio prætermittere, qvineis, qvibus etiam alias favorem nostrum
hanc facile deesse patimur in hac re perqvam benignè gratificaremur,
præsentim cùmidin publicam illarum regionum utilitatem aliquando
cessurum sperare liceat, ob loci illius situm, qui hujusmodi Gymnasio seu
studio universali admodum commodus esse dicitur, cujus nimirum o-
portunitate adolescentes cùm indigenæ tum etiam finitimi ad bonarum li-
terarum studia capessenda valde invitari & accendi posse videantur.
Quocirca ex certa nostra scientia animoque bene deliberao, sano acce-
sedente consilio & de nostra Cæsareâ Majestatis plenitudine in vim pro-
prii motus memoratum Gymnasium seu studium Universale in prædicta
Civitate Rostock, uti dictum est, antebac institutum, erectum, & nuper
luculentis redditibus annuis auctum & locupletatum confirmavimus, &
tenore præsentium confirmamus, & qvarenus opus est, de novo institui-
mus & erigimus, volentes & auctoritate nostra Cæsarea statuentes de-
cernentesque ut Doctores qvarumcunque Facultatum & persone idoneæ
ad id per prædictos illustres Duces aut successores eorundem, vel qvibus
id demandarint deputare possint & valeant in prædicta Universitate in
omnibus Facultatibus, videlicet in Sacra Theologia, in utroqve Jure tam
Canonico quam Civili, in Arribus & Medicina, nec non in Philosophia &
qvibuscunq; scientiis leger, & lectiones, disputationes & repetitiones pu-
blicas facere, & conclusiones palam sustinere, ac præfatas scientias docere,
interpretari, glossare & dilucidare, omnesq; actus Scholasticos exercere,
eo cum ordine & ritu, qvi in exteris Universitatibus & Gymnasii publi-
eis observari solet. Qponiam verò ipsa studia eo feliciter gradu sumunt
augmentum, si ingenio & disciplinis ipsi suis honor suus dignitatis gra-
duis constituantur, ut emeriti aliquando digna laborum suorum præmia re-
portent. Statuimus ergo & ordinamus, ut per collegia Doctorum à
prænominalis Illustribus Ducibus in unaq; pag; Facultate instituenda ele-
vis & ad id idoneis, & præceteris excellentiis in ipsi Facultatibus,
Dectoribus,

Doctoribus, quicq; ad sumendam palmam certaminis sui idonei iudicato fuerint; exhibito per ipsos Doctores Collegii in unaq; Facultate pri more & consuetudine atque solennitatis, & ritu in ceteris Universitatibus observari solitis, accurato & diligentie examine, in quo conscientias ipsorum Doctorum cuiuslibet Collegii onerari volumus, quos sub jurementi vinculo, ad hoc astringi in ea Facultate, quam didicerint & qui examini se submiserint & se pro more & juxta statuta & ordinaciones per prænominatos Duces faciendas per aliquos dignos & honestos viros de gremio ipsius Collegii presentari fecerunt, possint ad ipsum examen admitti, & invocata Spiritus Sancti gratia examinari, & si hoc modo habiles, idonei & sufficientes ad id reperti & iudicati fuerint, Baccalaurei, Magistri, Licentiati, sive Doctores pro uniuscujusq; scientia & doctrina creari & hujusmodi dignitatibus insigniri, nec non per Bireti impositionem & aurei annuli & osculi traditionem ceterisq; consuetis solennitatibus investiri & consueta ornamenta atq; insignia dignitatum praeditarum tradi & conferri. Quodque Doctores in eadem Universitate promoti & prænovendi debeant & possint ab omnibus locis & terris sacri Romani Imperii & ubique terrarum habere omnes actus Doctorum legendi, docendi, interpretandi, & glossandi facere & exercere, omnibus & singulis gaudere & uti privilegiis prærogativis & exemptionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, præminentibus & favoribus ac indulsi quibus ceteri Doctores in Bononiensi, Senensi, Patavino, Papiensi Perusino, Parisensi, ac Lipsiensi, & aliis studiis privilegiatis promoti & insigniti gaudent & utuntur consuetudine vel de Jure. Ceterum, quo præfata Universitas, sive Gymnasium suis gubernatum magistratibus solidiori & firmiori sistat fundamento, damus & concedimus Doctoribus & Scholasticis in dictâ Universitate existentibus aut futuris & concessu præfatorum Ducum aut successorum corundem autoritatem & potestatem condendi & faciendi statuta & ordinationes juxta consuetudinem ceterarum Universitatum, nec non creandi & eligendi Rectorem Scholarum, ac Syndicos, sive alios quoscunque officiales Universitatis, prout ipsis visum fuerit expedire & esse oportenum, dantes & concedentes autoritate nostra Cesarea Rectoribus sic per eos eligendis & creandis facultatem & Jurisdictionem in Scholasticos nec non citandi, audiendi, judicandi, exequendi, puniendi, & omnes alios actus judicis ordinarii in Civilibus & Criminalibus exercendi & jus reddendi. Eximenter nibilominus Doctores & Scholarcs Universitatis prænominatae Jurisdictione & superioritate cuiuscunque


pote-

potestatis aut judicis ordinarii, sive cuiuscunq; alterius, præterquam à
noſtri ac prefatorum Ducum ac ſucceſſorum eorundem. Præterea ut ipſa
Universitas dignis fulcita privilegiis nulli alteri quantumvis vetuste &
celebratæ Universitati poſtponatur: Volumus & ordinamus per præſentes,
quod prænominata Universitas, nec non Doctores & Scholares ibidem ali-
quam dignitatem ſeu gradum аſſumentes gaudeant ac potiantur, uii frui,
gaudere, & potiri poſſint omnibus qvibuscunq; gratiis, honoribus, digni-
tatibus, præminentibus, prærogativis, privilegiis, confeſſionibus ac immu-
nitatiibus, favoribus ac indultis, & aliiſ qvibuscunq; qvibus Universitas
Bononiensis, Senensis, Patavina, Perufina, Parisiensis, Lipsiensis, & alia
ſtudia privilegiata ac Doctores & Scholastici ſive promoti aut aliquam
dignitate ſeu gradu inſigniti gaudent & potiuntur qvomodo libet confe-
tuſine vel de jure, non obſtantibus aliquibus privilegiis, indultis, præro-
gativis, gratiis, ſtatutis, ordinationibus, legibus, conſtitutionibus, re-
formationibus, exemptionibus, aut aliis qvibuscunq; in contrarium
facientibus, qvibus omnibus & ſingulis ex certa noſtra ſcientia, animo
deliberato & proprio motu derogamus & derogatum volumus per præ-
ſentes. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ confirmationis, crea-
tionis, institutionis, foundationis, erectionis, confeſſionis & privilegiis
gratiā refringere, aut eam qvovis auſu temerario ſive qvomodo libet vi-
lare & infringere, ſi qvis autem hoc attentare p̄aſumpſerit, noſtri &
Imperii ſacri indignationem gravissimam & pœnam centum marcarum
auri puri toties, quoties contra factum fuerit, ſe noverit irremifſibiliter in-
curſurum, qvārum medietatem Imperialis Fisci noſtri ſive ararij, reliquam
vero partem injuriā paſſorum uibis decernimus applicari. Harum
Teſtimonio literarum, manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Ceſa-
rei appenſione munitarum, Datum in Civitate noſtra Vienna, die decis
mā octavā mensis Auguſti, Anno Domini millesimo, quingentesimo, Sexage-
ſimo, Regnorū noſtrorum, Romani tricesimo, aliorum verò tricesimo
quarto.


FERDINANDUS.

Ad Mandatum Sacrae Cæſareæ
Majestatis proprium.





Doctoribus, quicq; ad sumendam palmam certaminis sui ido-
 fuerint; adhibito per ipsos Doctores Collegii in unaq; I
 more & consuetudine atque solennitaribus, & ritu in ceteris
 tibus observari solitis, accurato & diligent examine, in quo
 ipsorum Doctorum cuiuslibet Collegii onerari volumus, quo
 menti vinculo, ad hoc astringi in ea Facultate, quam didic
 examini se submiserint & se pro more & juxta statuta &
 nes per prænominatos Duces faciendas per aliquos dignos &
 ros de gremio ipsius Collegii præsentari fecerunt, possint ad ip
 admitti, & invocat à Spiritu Sancti gratia examinari, & si li
 biles, idonei & sufficientes ad id reperti & judicati fuerint,
 Magistri, Licentiati, sive Doctores pro uniuscujusq; scientia
 creari & hujusmodi dignitatibus insigniri, nec non per Bu
 tionem & aurei annuli & osculi traditionem ceterisq; con
 nitatibus investiri & consueta ornamenta atq; insignia digni
 dictarum tradi & conferri. Quodque Doctores in eadem
 promoti & promovendi debeant & possint ab omnibus locis &
 Romani Imperii ubi que terrarum habere omnes actus I
 gendi, docendi, interpretandi, & glossandi facere & exercere,
 singulis gaudere & uti privilegiis prærogativis & exemption
 atibus, concessionibus, honoribus, præminentibus & favoribus
 quibus ceteri Doctores in Bononiensi, Senensi, Patavino, Papie
 Parisiensi, ac Lipsiensi, & aliis studiis privilegiatis promoti
 gaudent & utuntur consuetudine vel de Jure. Ceterum,
 Universitas, sive Gymnasium suis gubernatum magistratibus
 firmiori ssitat fundamento, damus & concedimus Doctoribus
 ribus in dictâ Universitate existentibus aut futuris & concessio
 Ducum aut successorum corandem autoritatem & potestatem
 faciendi statuta & ordinationes juxta consuetudinem ceterar
 statutum, nec non creandi & eligendi Rectorem Scholarem, ac &
 alios quoseunque officiales Universitatis, prout ipsis visum fa
 re & esse oportunum, dantes & concedentes autoritatem no
 Rectoribus sic per eos eligendis & creandis facultatem & Ju
 in Scholasticos nec non citandi, audiendi, judicandi, exequendi
 & omnes alios actus judicis ordinarii in Civilibus & Crimin
 cendi & jus reddendi. Eximenter nibilominus Doctores &
 Universitatis prænominatae Jurisdictione & superioritate



the scale towards document